

Uctus autem est merces seruatorum qui tamen sine alijs duobus facit seruum proteruum

Nemo aliorum bona et propria similiter curat et equaliter.

Quidam interrogatus quid magis impugnat equum. respondit oculus domini. Alius interrogatus quale stercus optimū ad pinguandum agrum. respondit vestigia domini

Impossibile est negligentibus dñis seruos esse sollicitos

Nunquā oportet dñm esse sine custodia: sic nec ciuitatem

Surgere de nocte ad sanitatem: ad philosophiam: et ad bonam dispositionem vtile est

Nec questus vestimentoꝝ: nec forma: nec multitudo auri tāta est ad mulieris virtutem: quanta est modestia in quolibet opere et desiderium honeste et composite vite

Quāto quis diligentius obsequitur: tāto maiorem gratiam obtinebit.

Nisi parentes pueris exemplum probitatis vite dederint inexcusabilem adiuuicem possunt habere causam

Si mulier cognouit virum sibi iustum ac fidelem esse ipsa etiam circa ipsum iusta et fidelis erit

Multo grauius aliquis fert si honore priuetur quā si omnia bona sua auferantur

Non debet homo sane metis vbiunquē et ad quamlibet mulierem mittere semen suum

Autoritates super primum librum politicoꝝ aristotelis.

Homines ratione et intellectu vigentes: naturaliter aliorum domini sunt et rectores

Natura non facit nisi vnum instrumentum ad vnum opus. et hoc pauperibus est pro seruo

Homo naturaliter est animal politicum et civile

Natura nihil facit frustra.

Nullum animal a natura habet rationem nisi homo.

Domini sermonem natura dedit

Pars separata a toto non remanet nisi equiuoce

Homo solitarius vel est deus vel bestia

Sicut optimum animalium est homo fruens lege. sic pessimum animalium est homo a lege et iusticia recedens

Seuissima iniusticia habens arma scilicet sciendi

Sine necessarijs impossibile est vivere

Seruus naturaliter non est sui ipsius sed alterius.

Opus quod fit a melioribus semper melius est

Quandoquocumque ex multis unum constituitur: inter illa unum
erit regens aliud vero rectum

Anima naturaliter dominatur corpori: sicut dominus seruo

Utile est corpus regi ab anima. ab his enim duobus coniunctis homo constituitur.

Item utile est omnibus animalibus regi ab homine

Regens naturaliter dignius est recto.

Masculinum genus naturaliter dignius est feminino

Uirum et malicia determinat sibi seruos et liberos: nobiles et ignobiles.

Dominos reputant dignum ex bonis fieri bonum: sicut ex homine fieri hominem.

Dupliciter dicitur seruus. vno modo secundum naturam: alio modo secundum legem positam.

Non est possibile vivere sine cibo

Plurimum genus hominum ex terra et fructibus domesticis viuunt

Natura facit omnia animalia propter hominem

Duplices sunt diuitie. scilicet naturales et artificiales. naturales sunt possessiones rerum. artificiales pro sunt possessiones pecunie.

Desiderium diuitiarum vadit in infinitum.

Facile est philosophis ditari si volunt

Magis et minus diuersificant speciem.

Consilium mulieris est inualidum: pueri vero imperfectum.

Silencium mulieris prestat ornatum.

Sequitur autoritates. ij. libri politicoꝝ aristotelis.

Qui sunt socij vnius ciuitatis

Quod plurimorum est commune minime sortitur curam. quod de proprijs maxime curant homines: de cõibus autem minus

Multi serui quicquid seruiunt deterius paucioribus.

Optimum est ciuitati vt sit vna secundum amicitiam

Amicorum omnia sunt communia

Unusquisque naturaliter amat seipsum

Amicis auxiliari delectabilissimum est.